

malæ secundum suam naturam.» Sto. Tomás confirma en la Suma Teológica, cuestión 48 artículo 1.^º que ninguna esencia o naturaleza puede constituirse ex malo, diciendo: «Bonum est omne id quod est appetibile; et sic cum omnis natura appetat suum esse et suam perfectionem, necesse est dicere quod et perfectio cuiuscumque naturæ rationem habeat bonitatis. Unde non potest esse quod malum significet quoddam esse, aut quamdam formam, seu naturam.»

En el lugar indicado de la Summa contra gentes continúa el Angélico dando razones en favor de lo que venimos probando; una de dichas razones es la siguiente; Unumquodque entium habet proprium esse secundum modum suæ naturæ: esse autem in quantum hujusmodi est bonum; cuius signum est quod omnia esse appetunt; si igitur hujusmodi substantiæ secundum suam naturam essent malæ, nullum esse haberent». Este argumento puede explorarse de esta manera: Si angeli natura sua essent mali, nullam prorsus bonitatem reinerent; atqui ens nullam retinens prorsus bonitatem repugnat, nam si est ens entitate gaudet ac perfectione, saltem essentiali sibi propria, atque adeo bonitate, nam ens et bonum convertuntur. Itaque possunt esse etiam magis aut minus imperfecta in suo genere vel ordine, et consequenter entia malo aliquo turpata; entia tamen penitus mala non sunt, nisi puræ diuinæ. Quare etiam nihil est essentialiter malum, nam omne ens secundum suam essentiam necessario habet aliquam perfectionem sibi debitam cum sua specie, modo et ordine; ac proinde omne ens secundum suam essentiam nequit non esse bonum.

Es de notar que los ángeles no son solamente buenos, naturalmente considerados, sino que tampoco tienen imperfección alguna en aquello que constituye la naturaleza o esencia de los mismos. Algunos seres, aunque no pueden dejar de tener lo que constituye esencialmente su naturaleza, sin embargo, pueden ser más o menos perfectos en su orden y género, bien por mala disposición de la materia de la que son producidos, bien por deficiencia de la causa eficiente. Pero los ángeles no fueron producidos de materia alguna; ni por causas segundas que pudieran ser deficientes, sino por Dios mismo; de modo que dentro de su orden y género no sólo tienen la bondad propia de sus naturalezas, sino que la tienen de una manera perfecta.

Hermosísimo es este otro argumento que aduce también Sto. Tomás: «Impossibile est aliquid esse quod sit universaliter privatum participatione boni; cum enim idem sit appetibile et bonum, si aliquid essent omnino expers boni, nihil haberet in se appetibile; unicuique autem est appetibile suum esse; oportet igitur quod si aliquid secundum suam naturam dicatur malum, quod hoc non sit quasi simpliciter malum, sed quia est malum, huic, vel quantum ad hoc, sicut venenum non est simpliciter malum, sed huic cui est nocivum; unde quod est alii venenum, est alteri cibus; hoc autem continet ex eo quod bonum particulare quod est proprium hujus, est contrarium bono particulari quod est proprium alterius; sicut calor qui est bonum ignis, est contrarius frigori, quod est bonum aquæ et destruit ipsum. Illud igitur quod secundum suam naturam ordinatur in bonum non particulare, sed simpliciter, impossibile est quod neque secundum hunc modum possit naturaliter dici malum, tale autem est omnis intellectus; nam ejus bonum est in propria operatione, quæ est universalium et eorum quæ sunt simpliciter; non